

Instituto de Historia Antigua y Medieval
Facultad de Filosofía y Letras
Universidad de Buenos Aires

PROYECTO DE DIGITALIZACIÓN BIBLIOGRÁFICA

<http://filo.uba.ar/contenidos/investigacion/institutos/historiaantiguaymedieval/proyectodigi.htm>

INSTITUTO DE HISTORIA ANTIGUA Y MEDIEVAL

Director: Hugo Zurutuza

Director Sección Historia Antigua: Hugo Zurutuza

Responsable Proyecto Digitalización Bibliográfica: Nélide Vincent

FACULTAD DE FILOSOFÍA Y LETRAS UNIVERSIDAD DE BUENOS AIRES

Decana: Graciela Morgade

Vicedecana: Américo Cristófolo

Secretario General: Francisco Jorge Gugliotta

Secretaria de Asuntos Académicos: Sofía Thisted

Secretaria de Extensión y Bienestar Estudiantil: Ivanna Petz

Secretario General: Francisco Jorge Gugliotta

Secretaria de Investigación: Cecilia Pérez de Micou

Secretario de Posgrado: Alberto Damiani

Subsecretarios de Publicaciones: Matías Cordo – Miguel Vitagliano

Webmaster: Facultad de Filosofía y Letras – Universidad de Buenos Aires

Versión *on line*: 2015

GESTA SENATUS ROMANI DE THEODOSIANO PUBLICANDO a.438



* Tomado del artículo: Elio Doveve, "Epifanía política del *Theodosianus*", publicado en *Anales de Historia Antigua, Medieval y Moderna*, vol.48, 2015, en prensa (Facultad de Filosofía y Letras, Universidad de Buenos Aires). Traducción: Estefanía Sottocorno (Universidad de Buenos Aires – Universidad nacional de Tres de Febrero)

Gesta senatus Romani de Theodosiano publicando a. 438

1 Domino [nostro] Flavio Theodosio Aug(usto) [XVI] et Anicio Achillio Glabrione Fausto v. c. consulibus Anicius Achillius Glabrio Faustus v. c. et inl(ustris), tertio expraefecto urbi, praefectus praetorio et consul ordinarius in domo sua, quae est ad Palmam ; Fl(avius) Paulus v. c. et inl. urbis praefectus ; Iunius Pomponius Publianus vir spectabilis vicarius urbis aeternae ; proceres amplissimusque ordo senatus dum convenisset habuissentque inter se aliquamdiu tractatum, ibi ingressis ex praecepto Anastasio et Martino constitutionariis Anicius Achillius Glabrio Faustus v. c. et inl., tertio expraefecto urbi, praefectus praetorio et consul ordinarius dixit¹:

2 Aeternorum principum felicitas eo usque procedit augmento, ut ornamentis pacis instruat, quos bellorum sorte defendit. Proximo superiore anno cum felicissimam sacrorum omnium coniunctionem pro devotione comitarer, peractis feliciter nuptiis hanc quoque orbi suo sacratissimus princeps dominus noster Theodosius adicere voluit dignitatem, ut in unum collectis legum praeceptionibus sequenda per orbem sedecim librorum compendio, quos sacratissimo suo nomine voluit consecrari, constitui iuberet. Quam rem aeternus princeps dominus noster Valentinianus devotione socii, affectu filii comprobavit.

Adclamatum est : Nove diserte, vere diserte.

3 Anicius Achillius Glabrio Faustus v. c. et inl., tertio expraefecto urbi, p(raefectus) p(raetori)o et consul ordinarius dixit :

Vocatis igitur me et inl(ustri) viro illius temporis Orientis praefecto singulos codices sua nobis manu divina tradi iussit per orbem sui cum reverentia dirigendos, ita ut inter prima vestrae sublimitatis notioni provisionem suam sacratissimus princeps iuberet offerri. In manu est acceptus codex utriusque principis praeceptione directus. Constitutionarii praesentes sunt : si placet amplitudini vestrae, has ipsas leges, quibus hoc idem fieri iusserunt, amplitudo vestra relegi sibi iubeat, ut consultissimis aeternorum principum praeceptis consentanea devotione pareamus.

Adclamatum est : *Aequum est, placet, placet.*

4 Anicius Achillius Glabrio Faustus v. c. et inl., tertio expraefecto urbi, praefectus p(raetori)o et consul ordinarius legit ex codice Theodosiano, libro primo, sub titulo 'de constitutionibus principum et edictis' :

DD. NN. Impp. Theodo(sius) et Valentinianus aa. ad senatum. Ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis cunctas colligi constitutiones decernimus, quas Constantinus inclitus et post eum divi principes nosque tulimus edictorum viribus aut sacra generalitate subnixas. Et primum tituli, quae negotiorum sunt certa vocabula, separandi ita sunt, ut, si capitulis diversis expressis ad plures titulos constitutio una pertineat, quod ubique aptum est, collocetur ; dein, quod in utramque dici partem faciet varietas, lectionum probetur ordine, non solum reputatis consulibus et tempore quaesito imperii, sed ipsius etiam compositione operis validiora esse, quae sunt posteriora, monstrante, post haec, ut constitutionum ipsa etiam verba, quae ad rem pertinent, reserventur, praetermissis illis, quae sancienda rei non ex ipsa necessitate adiuncta sunt. Sed cum simplicius iustiusque sit praetermissis eis, quas posteriores infirmant, explicari solas, quas valere conveniet, hunc quidem

¹ He transcripto en cursiva las líneas reproduciendo el « parlato » referido por la Gesta.

codicem et priores diligentioribus compositos cognoscamus, quorum scholasticae intentioni tribuitur nosse etiam illa, quae mandata silentio in desuetudinem abierunt, pro sui tantum temporis negotiis valitura. Ex his autem tribus codicibus, et per singulos titulos cohaerentibus prudentium tractatibus et responsis, eorundem opera, qui tertium ordinabunt, noster erit alius, qui nullum errorem, nullas patietur ambages, qui nostro nomine nuncupatus sequenda omnibus vitandaque monstrabit. Ad tanti consummationem operis et contexendos codices – quorum primus, omni generalium constitutionum diversitate collecta nullaque extra se, quam iam proferri liceat, praetermissa, inanem verborum copiam recusabit ; alter omni iuris diversitate exclusa magisterium vitae suscipiet – deligendi viri sunt singularis fidei, limatioris ingenii, qui, cum primum codicem nostrae scientiae et publicae auctoritati obtulerint, adgredientur alium, donec dignus editione fuerit, pertractandum. Electos vestra amplitudo cognoscat : Antiochum virum in(lustrem) exquaestore et praefecto elegimus ; Antiochum virum in(lustrem) quaestorem sacri palatii ; Theodorum virum spectabilem comitem et magistrum memoriae ; Eudicium et Eusebium viros spectabiles magistros scriniorum ; Iohannem vir(um) spectabilem excomite nostri sacrarii ; Comazontem atque Eubulum viros spectabiles exmagistris scriniorum, et Apellem virum disertissimum scholasticum. Hos a nostra perennitate electos eruditissimum quemque adhibituros esse confidimus, ut communi studio vitae ratione deprehensa iura excludantur fallacia. In futurum autem, si quid promulgari placuerit, ita in coniunctissimi parte alia valebit imperii, ut non fide dubia nec privata adsertione nitatur ; sed ex qua parte fuerit constitutum, cum sacris transmittatur adfatibus in alterius quoque recipiendum scriniis et cum edictorum sollemnitate vulgandum. Missum enim suscipi et indubitanter optinere conveniet, emendandi vel revocandi potestate nostrae clementiae reservata. Declarari autem invicem oportebit nec admittenda aliter, et cetera. Dat. VII kal. april. Constantinopoli Florentio et Dionysio cons.

5 Adclamatum est : Augusti Augustorum, maximi Augustorum. Dictum VIII.

Deus vos nobis dedit, deus vos nobis servet. Dictum XXVII.

Romani imperatores et pii felices, multis annis imperetis. Dictum XXII.

Bono generis humani, bono senatus, bono rei publicae, bono omnium. Dictum XXIII.

Spes in vobis, salus in nobis. Dictum XXVI.

Ut vivere delectet Augustos nostros semper. Dictum XXII.

Orbe placato praesentes triumphetis. Dictum XXIII.

Haec sunt vota senatus, haec sunt vota populi Romani. Dictum X.

Liberis cariores, parentibus cariores. Dictum XVI.

Extinctores delatorum, extinctores calumniarum. Dictum XXVIII.

Per vos honores, per vos patrimonia, per vos omnia. Dictum XXVIII.

Per vos arma, per vos iura. Dictum XX.

Dispositioni vestrae gratias agimus. Dictum XXIII.

Constitutionum ambiguum removistis. Dictum XXIII.

Pii imperatores sic consulunt. Dictum XXVI.

Causis consulitis, quieti consulitis. Dictum XXV.

Plures codices fiant habendi officiis. Dictum X.

In scriniis publicis sub signaculis habeantur. Dictum XX.

Ne interpolentur constituta, plures codices fiant. Dictum XXV.

Ne constituta interpolentur, omnes codices litteris conscribantur. Dictum XVIII.

Huic codici, qui faciendus a constitutionariis, notae iuris non adscribantur. Dictum XII.

Codices in scriniis habendi sumptu publico fiant, rogamus. Dictum XVI.

Fauste, aveas. Dictum XVII.

Bis consulem te. Dictum XV.

Omnia explicas, neminem laedis. Dictum XV.
Codices conscripti ad provincias dirigantur. [Dictum] XI.
Tantum beneficiorum dignus perlator. Dictum X.
Paule, aveas. Dictum XII.
Consulem te. Dictum XI.
Ut in scriniis publicis habeantur, rogamus. Dictum XV.
Ad curam pertineat praefecturae. Dictum XII.
Singuli praefecti signacula sua adhibeant. Dictum XV.
In officiis suis singulos codices habeant. Dictum XII.
Ut ad preces nullae leges promulgentur, rogamus. Dictum XXI.
Aeti, aveas. Dictum XV.
Ter consulem te. Dictum XIII.
Excubiis tuis salvi et securi sumus. Dictum XII.
Excubiis tuis, laboribus tuis. Dictum XV.
Fauste, aveas. Dictum XIII.
Bis consulem te. Dictum X.
Desideria senatus ut suggeras, rogamus. Dictum XX.
Conservator legum, conservator decretorum. Dictum XVI.
His subreptionibus possessorum ius omne confunditur. Dictum XVII.

6 Anicius Achillius Glabrio Faustus v. c. et inl., tertio extraefecto urbi, praefectus p(raetori)o et consul ord(inarius) d(ixit) : *Quae lecta sunt sui cum veneratione, gestis adhaerebunt et addentur. Hanc quoque partem inter beneficia aeternorum principum numero, quod per me magnitudini vestrae ea, quae pro legibus suis statuere dignati sunt,*

intimarunt.
 Adclamatum est : *Fauste, aveas.* Dictum XVI.
Bis te consulem. Dictum X.
Consuli oraculi. Dictum XIII.

7 Anicius Achillius Glabrio Faustus v. c. et inl., tertio extraefecto urbi, praefectus p(raetori)o et consul ord(inarius) d(ixit) : *Erit nunc meae diligentiae secundum dominorum praecepta et desideria culminis vestri, ut hic codex fide spectabilis viri Veroniciani, quem amplitudinis vestrae mecum consensus elegit, nec non et fide Anastasii et Martini constitutionariorum, quos iam dudum huic officio inservire praeter culpam probamus, per tria corpora transcribatur, ut hoc quem detuli in officio praetoriani apicis remanente parisi fidei viri magnifici praefecti urbi scrinia alterum teneant, tertium vero constitutionarii sua fide et periculo apud se edendum populis retinere iubeantur, ita ut nisi a constitutionariis ex hoc corpore eorundem manu conscripta exemplaria non edantur. Si quidem erit meae diligentiae etiam illam tractare partem, ut conscriptus per hos alius codex ad Africam provinciam pari devotione dirigatur, ut illic quoque parisi fidei forma servetur.*

Adclamatum est : *Fauste aveas.* Dictum XVI.
Bis consulem te. Dictum XV.
Omnium virtutum viro. Dictum X.

8 Et alia manu :

[constitutionariorum editio.]

Fl(avius) Laurentius exceptor amplissimi senatus edidi sub d(ie) VIII k. Ian. rell.²

² De la edición de Mommsen ha sido aquí omitida únicamente la *Constitutio de constitutionariis a. 443.*

Sumario de la sesión del senado Romano en ocasión de la publicación del Teodosiano a. 438

1. En el año del decimosexto consulado de nuestro Señor Flavio Teodosio Augusto y de Anicio Acilio Glabrione Fausto *vir clarissimus*, Anicio Acilio Glabrione Fausto, *vir clarissimus* e *illustris*, tres veces ya prefecto de la Urbe, prefecto del pretorio y cónsul ordinario, en su morada situada *ad Palmam*; Flavio Paolo *vir clarissimus* e *illustris*, prefecto de la Urbe; Giunio Pomponio Publano, *spectabilis* vicario de la ciudad eterna; los nobles y el cuerpo honorable de los senadores apenas reunidos y luego de una breve discusión, (y) una vez que hicieron entrar, según lo establecido, a los constituyentes Anastasio y Martino, Anicio Acilio Glabrione Fausto, *vir clarissimus* e *illustris*, tres veces ya prefecto de la Urbe, prefecto del pretorio y cónsul ordinario, así comenzó:

2. La alegre prosperidad de los príncipes eternos se incrementa hasta poder gratificar con los recursos de la paz a aquél que la defiende de un destino de guerra. Durante el año pasado, cuando por devoto obsequio he participado de la más fausta entre las alianzas sacras (y), celebradas felizmente las nupcias, el venerable príncipe nuestro señor Teodosio se complació en otorgar a su reino este valor ulterior, esto es que por su orden fueran establecidas las normas a respetar en todas partes, una vez reunidas las leyes en un compendio de dieciséis libros que él quiso que estuviera consagrado con su muy venerable nombre. El eterno príncipe y señor nuestro Valentiniano, con devoción de corregente y con afecto filial, aprobó integralmente.

Fue aclamado:

Qué novedad dices, que cosa cierta dices.

3. Anicio Acilio Glabrione Fausto, *vir clarissimus* e *illustris*, tres veces ya prefecto de la Urbe, prefecto del pretorio y cónsul ordinario, continuó:

Fuí convocado, pues, y la ilustre persona que entonces estaba a cargo de la prefectura de Oriente, ordenó que a cada uno se le entregase un código, de su santa mano, para difundir con reverencia en su reino, de modo que por orden del venerable príncipe se concediera a lo anteriormente registrado, para vuestra excelencia, su previsión de gran alcance. Se encuentra en mis manos el código que he recibido, aquí dirigido por disposición de ambos príncipes. Los constituyentes están presentes:

si agrada a vuestra magnificencia, ordene vuestra dignidad que se lean, particularmente, las leyes, aquí contenidas, a través de las cuales se ha ordenado que este mismo código fuera redactado, para que obedezcamos con devoción concorde a los preceptos iluminados de los príncipes eternamente reinantes.

Fue aclamado:

Es justo, nos agrada, nos agrada.

4. Anicio Acilio Glabrione Fausto, *vir clarissimus* e *illustris*, tres veces ya prefecto de la Urbe, prefecto del pretorio y cónsul ordinario, leyó del Código Teodosiano, del libro primero bajo el título 'Las constituciones de los príncipes y los edictos':

Nuestros Señores Emperadores Teodosio y Valentiniano Augustos al Senado. Hemos establecido que, a imitación del código Gregorianoy del Ermogeniano, se compendiaran todas las constituciones que el ínclito Constantino, los príncipes divinos después de él y nosotros mismos hemos emitido, vigentes en calidad de edictos o sacras leyes generales.

Ahora bien, en primer lugar los títulos, que constituyen las marcas inequívocas de los casos, deben estar segmentados de modo tal que, cuando una única constitución competa a más títulos, con la posibilidad de indicar diferentes secciones, cada tramo se coloque donde resulte pertinente insertarlo, cualquiera sea el desplazamiento; en segundo lugar, lo que la multiplicidad (de las leyes) hará que se encuentre en diferentes secciones, se recoja de acuerdo con la sucesión de los textos, no sólo tras haber computado los consulados y controlado la cronología imperial, sino también haciendo que la estructura misma de la medida ponga de manifiesto que son más eficaces las disposiciones emanadas en última instancia; además, es necesario conservar las palabras exactas de las constituciones que se refieran al tema, omitidas las que no hayan sido dictadas por la estrecha necesidad de fijar el objeto (de la norma). Por supuesto, aún siendo más práctico y más justo registrar las constituciones que convenga mantener vigentes, eliminando las que invalidaran las sucesivas, debemos admitir que tanto éste como los códigos precedentes han sido compuestos para los estudiosos cultísimos a cuya curiosidad jurídica se atribuye la voluntad de conocer incluso aquellas leyes que, olvidadas, cayeron en desuso, aquellas normas vigentes sólo para los asuntos del momento en que fueron emitidas. Respecto de estos tres códigos y, en relación a títulos específicos, respecto de los tratados y las respuestas homogéneas de los prudentes, obra de los mismos (expertos) que compilaron el tercer código, el nuestro será distinto: no admitirá ningún error, ninguna ambigüedad; atribuido a nuestro nombre, indicará a todos a quién se debe obedecer y qué se debe evitar. Para llevar a término una tan poderosa obra y componer los códigos –de los cuales el primero, reunidas en su variedad todas las constituciones generales y sin omitir ninguna, dejará de lado la fatua elocuencia; el otro, eliminando toda contradicción jurídica, se encargará de proveer una enseñanza para la vida – es necesario elegir hombres de probada confianza y de intelecto sutil, que, cuando hayan ofrecido a nuestro examen y entregado a la autoridad pública el primer código, emprenderán la compilación del otro, a tratar hasta que quede listo para su publicación. Que llegue a conocimiento, vuestra largueza, de los seleccionados: hemos elegido a Antíoco, vir illustris, ex-cuestor y prefecto; Antíoco, vir illustris, cuestor del sacro palacio; Teodoro, vir spectabilis, comes y magister memoriae; Eudicio y Eusebio, viri spectabiles, magistri scriniorum; Giovanni, vir spectabilis ex comes de nuestro sacrarium; Comazonte y Eubulo, viri spectabiles y ex magistri scriniorum y Apeles, doctísimo scholasticus. Confiamos en que éstos, elegidos por nuestra perpetuidad, contarán con la colaboración de los más eruditos para que, con esfuerzo solidario y en adecuación a la realidad presente, se excluyan los iura

engañosos. En lo que concierne al futuro, luego, en el caso en que promulgáramos alguna otra ley, ésta tendrá vigencia aun en la otra parte del imperio indivisible, de modo que no repose sobre una dudosa fiabilidad o sobre una declaración de parte, sino que se transmita con expresiones sacra de acompañamiento por parte del imperio por la que haya sido emitida incluso a los officia de la otra parte para que la reciban y divulguen con la solemnidad de los edictos. Convendrá, de hecho, que sea acogido aquello que es enviado y que se garantice con firmeza su validez, restando firme que nuestra clemencia se reserva la facultad de operar modificaciones mejoradoras o abrogativas. Será pues necesario notificar (las medidas transmitidas) con comunicaciones recíprocas y considerar inadmisibles actas recibidas en divergencia con lo que sigue. Fecha 26 de marzo en Constantinopla, bajo el consulado de Florencio y Dionigi.

5. Fue aclamado:

Oh Augustos entre los Augustos, los más grandes entre los Augustos. Repetido 8 veces.

Dios os ha dado a nosotros, Dios os nos conserve. Repetido 27 veces.

Emperadores romanos y felizmente píos podéis gobernar durante muchos años. Repetido 22 veces.

Por el bien del género humano, por el bien del senado, por el bien de la república, por el bien de todos. Repetido 24 veces.

La esperanza depositada en vosotros es nuestra salvación. Repetido 26 veces.

Pueda la vida reservar siempre felicidad a nuestros Augustos. Repetido 22 veces.

Oh vosotros que, pacificado el mundo, triunfasteis en nuestro tiempo. Repetido 24 veces.

Estos son los auspicios del senado, estos los auspicios del pueblo Romano. Repetido 10 veces.

Los hijos más queridos, los más queridos padres. Repetido 16 veces.

Habéis callado a los delatores, habéis sofocado las calumnias. Repetido 28 veces.

Gracias a vosotros los honores, gracias a vosotros los bienes, gracias a vosotros todas las cosas. Repetido 28 veces.

Gracias a vosotras la defensa de las armas, gracias a vosotros el derecho. Repetido 20 veces.

Démos gracias a vuestra deliberación. Repetido 23 veces.

habéis liberado de ambigüedades las constituciones. Repetido 23 veces.

Estas son las medidas que toman los emperadores devotos. Repetido 26 veces.

Habéis provisto a las causas y lo habéis hecho de modo pacífico. Repetido 25 veces.

Que se realicen más códigos, para que los conserven los officia. Repetido 10 veces.

Que se conserven en los archivos públicos bajo sellos. Repetido 20 veces.

Que se redacten más copias para que no se alteren las disposiciones. Repetido 25 veces.

Para que las disposiciones no sean alteradas, que todos los códigos se copien al pie de la letra. Repetido 18 veces.

A este código presente, que debe ser copiado por los constituyentes, que no se le añadan notas explicativas de derecho. Repetido 12 veces.

Pedimos que los códigos destinados a los archivos se realicen con gasto público. Repetido 16 veces.

Puedas tú prosperar, oh Fausto. Repetido 17 veces.

Te queremos cónsul por segunda vez. Repetido 15 veces.

Todo lo aclaras, a nadie haces daño. Repetido 15 veces.

Que los códigos transcriptos sean enviados a las provincias. Repetido 11 veces.

Digno, perfecto dispensador de beneficios. Repetido 10 veces.

Puedas tú prosperar, Paolo. Repetido 12 veces.

Te queremos cónsul. Repetido 11 veces.

Pedimos que sean conservados en los archivos públicos. Repetido 15 veces.

Que se haga cargo la prefectura. Repetido 12 veces.

Que los prefectos dispongan cada uno de los propios sellos. Repetido 15 veces.

Que cada uno tenga en sus officia un código. Repetido 12 veces.

Pedimos que no se promulgue ninguna ley bajo súplica. Repetido 21 veces.

Puedas tú prosperar, Ezio. Repetido 15 veces.

Te queremos cónsul por tercera vez. Repetido 13 veces.

Bajo tu égida seamos salvos y seguros. Repetido 12 veces.

A tu custodia, a tus fatigas. Repetido 15 veces.

Puedas tú prosperar, oh Fausto. Repetido 13 veces.

Te queremos cónsul por segunda vez. Repetido 10 veces.

Te rogamos recojas las instancias del senado. Repetido 20 veces.

Custodia de las leyes, custodia de los decretos. Repetido 16 veces.

El derecho todo se ve conmovido por las malversaciones actuales de los possessores. Repetido 17 veces.

6. Anicio Acilio Glabrione Fausto, *vir clarissimus* e *illustris*, tres veces ya prefecto de la Urbe, prefecto del pretorio y cónsul ordinario, dijo:

Los documentos que se han leído, con la respectiva devota aprobación, serán registrados en el sumario y serán parte integrante del mismo. Incluyo también este beneficio entre los acordados por los príncipes, y esto es el hecho de que a través de mí ellos hayan notificado a vuestra magnificencia aquellas disposiciones que se han dignado a fijar mediante sus leyes.

Fue aclamado:

Puedas tú prosperar, oh Fausto. Repetido 16 veces.

Te queremos cónsul por segunda vez. Repetido 10 veces.

Al cónsul de la sacra revelación. Repetido 13 veces.

7. Anicio Acilio Glabrione Fausto, *vir clarissimus* e *illustris*, tres veces ya prefecto de la Urbe, prefecto del pretorio y cónsul ordinario, dijo:

Será cumplido por mi celo, según las órdenes de los señores y los auspicios de vuestra alteza, lograr que este código se transcriba en tres copias bajo la responsabilidad del vir spectabilis Veroniciano, que el concorde juicio de vuestra largueza eligió junto a mí, y también bajo la guía confiable de los constituyentes Anastasio y Martino, de los que ya conocemos hace tiempo su capacidad sin desdoro para estos menesteres, de modo que mientras este código que traje permanece bajo la autoridad del prefecto del pretorio, otro lo conserven los archivos del magnífico prefecto de la Urbe, con igual fiabilidad, y el tercero, en cambio, se disponga que, bajo su riesgo y responsabilidad, lo conserven los constituyentes, para la publicación y uso por parte del pueblo, cuidando que no se hagan copias a partir de éste, si no son de su propia

mano. Por lo demás, me corresponde ocuparme de otro asunto, esto es hacer que se envíe con idéntico obsequio otro códice, copiado a través de ellos, a la provincia de África, para que también allí se respete la letra del texto.

Fue aclamado:

Puedas tú prosperar, oh Fausto. Repetido 16 veces.

Te queremos cónsul por segunda vez. Repetido 15 veces.

Al hombre con todas las virtudes. Repetido 10 veces.

8. Y con otra mano

[publicación de los constituyentes]

Flavio Laurenzio, secretario del honorable senado, hecho público el 25 de diciembre